

- 400
- 100 annuum taceat, num. 4.
- 5 Fratres pro diuiso possidentes, ex taciturnitate longi temporis, præsumuntur in diuisione facta omnes rationes recte distinxisse.
- 6 Fratres possidentes partes inæquales, nõ præsumi diuisionem fecisse, si tamen illa magna sit inæqualitas, num. 8.
- 7 Aequalitas vt inter fratres seruetur multa lege inducuntur, et præsumuntur.
- 9 Iurium incorporearum fratres non præsumuntur fecisse diuisionem.
- 10 Societati renunciaffe frater præsumitur, qui separatim negotiari cepit, sibi que acquirere. Dissentiente tamen Baldo, dum aliorum fratrum consensus non adfit, num. 11.
- Distinguitur, utrum scientibus, & patientibus alijs fratribus hoc faciat, vel non, num. 12.
- 13 Bonis fratrum in catastro, seu æstimilibro separatim conscriptis societatis dissoluta facit præsumptionem.

PRÆSVMP. LX.

**C**VM supra disputatum à nobis sit, quãdo inter fratres præsumatur contracta bonorum societas, nunc explicandum, atque differendum est, quando inter eos præsumatur facta ipsorum bonorum diuisio. Quia in re dicemus primum, & diuisionem non præsumi, cum quid facti sit. Et in specie tradit Mascard. in concl. 526. nu. 1. et si Doctores, quos commemorat, hoc non scripserint. Ceterum coniecturis, & præsumptionibus facta fuisse diuisionem probari satis potest, quemadmodum firmanant omnes, quos infra commemorabimus.

Prima coniectura, & præsumptio est, quando longo tempore fratres ipsi separatim habitauerunt, nempe decem annis inter præsentem, & viginti inter absentes, & quilibet solus possedit partem suã, subeundo onera pro ea parte tantum, & emolumentum ex ea percipiendo. Ita gl. in l. pen. D. communi diuidend. vbi Bar. Bald. & Alber. Idem Bartol. in l. cum de in rem verso, num. 5. ff. de vsur. & in l. qui in aliena, in princ. ff. de acq. her. & ibid. Bald. Ang. Alex. & Iaf. Idem Bald. in l. 1. col. 1. r. C. qui admitti. & in l. 1. num. 12. C. de fideicommiss. in concl. 437. quãdam puella, in fi. lib. 2. & in concl. 282. proponitur quod minor, lib. 2. Castr. in l. si filius, C. de petit. hered. & in concl. 126. non sequendo ordinem, num. 2. lib. 2. Rom. in concl. 205. num. 3. vers. tertio principaliter, & in consilio 418. num. 2. Alex. in concl. 92. num. 3. lib. 2. & in concl. 25. num. 3. lib. 5. Calcan. in concl. 23. num. 4. Iaf. in l. si certis annis, num. 11. & nu. 37. C. de pact. & in l. 1. nu. 15. vers. sic. 4. limita. C. qui adm. & in §. quãdam, in instit. de act. & idem in concl. 128. lib. 1. & in concl. 173. num. 5. lib. 4. Soc. Sen. in concl. 164. col. pen. lib. 2. Ruin. in concl. 116. col. vlt. & in concl. 162. nu. 5. lib. 3. Dec. in concl. 76. in fin. Balb. in tract. de præscrip. in 3. parte prin. quaest. 10. principali, nu. 39. Ioa. Bapt. de S. Blasio inter consilia Brun. in concl. 66. num. 35. & 37. Grat. in concl. 121. col. 1. lib. 2. Ripa in c. sepe, num. 2. vers. duodecesimum, de restitut. spol. Alciat. in respon. 94. num. 7. Boer. in q. 58. Rube. in concl. 154. nu. 5. Alba in concl. 11. nu. 15. Bero. in q. 4. num. 14. Crau. in concl. 318. num. 1. in fi. Tiraq. in tract. de præscrip. in glo. 4. vers. 14. Tiraq. de præscrip. gloss. 4. vers. sic. & multi hoc. Thesaurus in dec. 205. & Ant. Gab. in lib. 1. conclus. in tit. de præsumpt. conclus. 1. num. 28. Ea ratione fulcitur sententia hæc, quam perpendit Bart. in l. cum de in rem verso, numero 5. ff. de vsuris, & in disputatione 7. quã incipit, mulier habens, in fine. quia agit de modico præiudicio. Et Bartol. secuti sunt Castr. in dis. l. si filiusfam. C. de petit. hered. & Iaf. in l. 1. col. 5. vers. scilicet. limitatur quarto. C. qui admitti. Est sanè leue præiudiciũ, cum præsupponatur partes esse æquales. & hæc quidem præsumptio operatur retro

respicens principium. Nam præsumitur quod ab ipso fratre illi diuiserint. Ita Bald. in l. 1. num. 37. C. qui admitti.

Extenditur primò hæc coniectura, vt locum habeat, quando minor diuisit bona suis cum fratribus, tempore minoris ætatis sine curatore, vel iudicis decreto, quo casu diuisio non valet, præsupposito quod esset pubes, & non iurauerit, secundum dispositionem Auth. sacramento puberum. C. si aduers. ved. & l. penul. C. de præd. minor. & leg. 1. §. si communis. ff. de reb. cor. Attamen si post maiorem ætatem tacuit per decennium, possidendo pro diuiso, censetur inducta tacita, & solemnitas diuisio, adeo quod non potest amplius retractari. Ita extendit Bal. in d. concl. 282. proponitur quod minor, lib. 2. quem probauit Franc. Balbus in d. tract. de præscrip. in 3. part. princip. q. 10. princ. num. 40. Et idem affirmarunt Ruin. in concl. 117. in fin. lib. 3. Tiraq. d. tract. de præscrip. in gl. 4. vers. 14. & Mascard. in d. conclus. 326. num. 4.

Extenditur secundò, vt locum habeat etiam, vt tanti temporis & taciturnitate, si nunquam petita fuit redditio rationis, præsumatur quod omnia in dicta diuisione fuerint terminata, & ratio hinc inde reddita, cum non sit verisimile, quod tãdiu tacuissent. Ita respondit Castr. in concl. 126. non sequendo ordinem, col. 1. vers. tollitur etiam, lib. 2. quem secutus est Balbus in d. q. 10. num. 4. Er ij quidem adducti sunt text. l. Procula. ff. de probat. iuncta gl. d. l. pen. C. com. diui. Et rursus quia à communiter accidentibus, quando fratres sunt diuisori bona communia, prius hinc inde reddunt rationes de se à ministratis, & gestis, iuxta l. cum seruus. ff. de condit. & demonst. & scripti in lib. 2. de arbitr. iud. Quare præsumitur, quod fratres reddiderint inuicem rationes, cum tanto tempore diuisio præsumatur.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio, quando partes essent inæquales. Nam tunc non præsumitur facta diuisio. Ita Bald. & Castr. in d. l. pen. C. communi diuid. Alex. in concl. 25. num. 16. lib. 5. Felin. in c. si cut. col. 1. 5. vers. hanc fallentiam, de te iud. quos sic refert, & sequitur Balb. in d. q. 10. num. 43. & 44. Et his accedunt Nicol. de Neapoli in §. quãdam. q. 4. in instit. de act. Castr. in l. filiusfam. num. 8. C. de pet. hered. Ruin. in concl. 162. num. 17. lib. 3. qui ob id nu. 14. respondit, non præsumi factam diuisionem, quando vnus possedit totum. Eandem sententiam secuti sunt Trigonius in sing. 123. Boer. in q. 58. num. 8. & Mascard. in d. conclus. 527. num. 8. & 11. Ea ratione fulcitur horum traditio, quod nemo præsumitur iactare suũ, l. cum de in debito. ff. de probat. Nõ est ergo præsumendũ, quod is, qui minorem partem possidet, contulerit illi diuisioni inæquali. Et præterea cessat hic illa ratio, qua dicunt Doctores præsumi factam diuisionem, nempe quia agit de modico præiudicio. Nostro enim in casu agit de magno, ex quo partes sunt inæquales. Et rursus accedit, multa à lege induci, atque præsumi, vt æqualitas seruetur inter fratres, sicuti diximus supra. Cum ergo de inæqualitate apparet, dicendum est, non præsumi diuisionem. His intelligimus, minus rectè sensisse Salic. in d. l. penul. C. communi diuid. quem secuti sunt Alex. in consil. 92. n. 5. lib. 2. Ange. Arct. in §. vlt. in instit. de societ. Iaf. in concl. 2. col. 10. vers. quarto non obstat, lib. 3. & Ruin. in consil. 117. in fin. lib. 3. & Thesaurus in d. dec. 205. nu. 3. Qui quidem ea ratione moti sunt, quia licet partes inæquales sint, attamen alter frater, vel socius potuit recipere compensationem in pecunia. Quæ sanè ratio vera non est. Non enim sequitur, potuit recipere compensationem, ergo eam recepit. Ita rationem hanc confutauit Franc. Balb. in d. q. 10. num. 44. Et accedit secundum Ruin. in d. concl. 162. num. 17. hanc esse solemnitatem materiale, quod scilicet interueniret re compensatio facta pecunia, & pretio, quæ quidem solemnitas materialis nõ præsumitur.

PRÆSVMP. LXI.

100 annuum taceat, num. 4.

5 Fratres pro diuiso possidentes, ex taciturnitate longi temporis, præsumuntur in diuisione facta omnes rationes recte distinxisse.

6 Fratres possidentes partes inæquales, nõ præsumi diuisionem fecisse, si tamen illa magna sit inæqualitas, num. 8.

7 Aequalitas vt inter fratres seruetur multa lege inducuntur, et præsumuntur.

9 Iurium incorporearum fratres non præsumuntur fecisse diuisionem.

10 Societati renunciaffe frater præsumitur, qui separatim negotiari cepit, sibi que acquirere. Dissentiente tamen Baldo, dum aliorum fratrum consensus non adfit, num. 11.

Distinguitur, utrum scientibus, & patientibus alijs fratribus hoc faciat, vel non, num. 12.

13 Bonis fratrum in catastro, seu æstimilibro separatim conscriptis societatis dissoluta facit præsumptionem.

**PRÆSVMP. LXI.**

**C**VM diuidere & bona communia alienationis species sit l. 1. C. communia vtriusque iud. & tradunt Ruin. in conf. 105. num. 9. lib. 5. & Simoncel. in tract. de decretis, l. 1. tit. 4. nu. 1. ea propter minor non potest sine Prætoris decreto, etiam prouocante maiore diuidere, sicuti post alios scripti in lib. 2. de arbi. iud. casu 171. num. 36. & idem scripti Simoncel. in d. tract. de decretis tit. 4. num. 6. & nu. 23.

Dubitari autem contingit, an diuisio, quæ facta apparet inter fratrem minorem, & maiorem, præsumatur facta prouocante ipso maiore? Distinguenti sunt duo casus, quorum primus est, quando diuisio facta fuit iudicialiter, adhibito prætoris decreto. Hoc sanè casu præsumitur facta prouocante fratre maiore. Ita in specie respondit Calcan. in consil. 80. nu. 2. quem secutus est Hiero. Gabr. in consil. 36. num. 42. lib. 1. Ea est ratio, quia gestata prætoris & auctore, cuiusque adhibito decreto, præsumuntur solemniter gesta, sicuti scriptis in superiore libro, in præsumpt. 75. vbi in 5. casu scripti, solemnitates modicæ cognitionis præsumi, si enunciata fuerunt.

Secundus est casus quando diuisio facta fuit extrajudicialiter. Hoc in casu respondit Gabr. in d. consil. 36. num. 42. non præsumitur facta prouocante maiore. Ita intelligit Angelum in consil. 66. nu. 2.

**Librum societatis, & mercatorum, præsumi scriptum consensu sociorum, & ob id probationem inter eos facere.**

**SVMMARIUM.**

1 Liber scriptus ab vno sociorum, qui scribere consueuerat, alio rursus scriptus præsumitur, & probat contra socios, nu. 3.

2 Mandatum ex scientia, & patientia præsumi.

4 Liber ab omnibus socijs differenter scriptus, omnium voluntate præsumitur, & facit fidem inter eos.

5 Liber ab inuito sociorum scriptus, mandato oĩum præsumitur.

6 Libro mercatoris scriptum ad fauorem tertij, præsumitur scriptum mercatoris consensu.

**PRÆSVMP. LXII.**

**S**olet dubitari, an liber societatis mercatorum fratrum & similium, qui res, bona, & negotiationes communes habent, conscriptus præsumatur volentibus, & consentientibus alijs locijs, & fratribus? Quia in disputatione constituo aliquot casus.

Primus est, quando liber scriptus est ab vno sociorũ, & qui scribere consueuit. Hoc casu scriptus præsumitur consensu aliorum. Ita respondit Alex. in consil. 186. nu. 1. lib. 2. quem secutus est Craue. in tract. de ant. q. temp. in 6. part. primæ par. prin. num. 57. Ea est ratio, quia præsumitur sic mandatum ab alijs locijs, qui scienter passi sunt illum scribere. Mandatum enim præsumitur ex scientia, & patientia, vt scribit Innoc. in c. ex parte Decani de re iud. & alij, quos retuli superiore libr. præsumpt. 15. in 2. declar. vbi explicauit, quando mandatum præsumatur. Ex quo sequitur, quod hic liber & probat pro scribente contra socios, sicut e contra.

Secundus est casus, quando liber iste communis fuit indifferenter & scriptus ab ipsis omnibus socijs. Hoc etiam casu à fortiori præsumitur scriptus voluntate, & consensu omnium, & propterea inter eos fidem facit. Ita Bal. in Rub. C. de fide instru. num. 35. vers. sequitur de scriptura sociorum. Alex. in d. consil. 186. num. 1. lib. 2. Corn. in consil. 319. n. 14. li. 3. Soc. Sen. in consil. 162. n. 15. in consil. 240. col. pen. ver. quarto, & vltimo, & in consil. 201. nu. 14. lib. 2. Dec. in consil. 68. nu. 2. in fine. & Crau. Tomus Primus. Cc in

in d. 6. particip. 1. part. principal. numer. 59. Tertius est casus, quando liber fuit scriptus non ab ipsis locis, sed ab inlitore ipsorum sociorum. Hoc etiam casu dicimus, librum præsumi scriptum mandato omnium sociorum, cum eorum consensu fuerit præpositus negotiatori. Ita respondit Cast. in conf. 3. 14. onisso primo col. 2. vers. & quod pater, lib. 2. quem secutus est Craue. an d. 6. part. num. 26. & num. 55.

Quartus est casus, quando mercator habet aliqd scriptum contra se in suo libro negotiationis, & disputatio est non cum socio, sed cum tertio, ad cuius favorem scriptum legitur. Hoc etiam casu quidquid legitur scriptum in ipso libro, præsumitur voluntate, & consensu ipsius mercatoris scriptum. Sic docuit Bal. in Rubr. C. de fide instrum. n. 33. vers. sed hic quæro, quem secuti sunt Alex. in conf. 147. nu. 9. lib. 2. & in conf. 245. col. 1. lib. 6. Dec. in l. vlt. nu. 36. C. de edict. D. Adrian. toll. in ca. 2. n. 24. de fid. instrum. & in confil. 105. numer. 7. vers. 5. non obstat, qui simile respondit, de literis sigillo alicuius sigillatis, ut præsumantur voluntate, & consensu domini sigilli sigillate. Baldum quoque secutus est Crauet. in tract. de antiq. tempor. in 8. part. 1. part. princip. numer. 28.

Librum mercatoris præsumi continere vera in reliquis parcellis, cum earum aliqua fuerint probata, & iustificata.

S V M M A R I V M.

- 1 Liber mercatoris in aliquibus particulis probatus, & iustificatus præsumitur verus etiam in non iustificatis. Dissentiente Decio cum alijs, num. 5.
2 Scriptura continens falsum in una parte, præsumitur etiam in reliquis.
3 Confessione mariti de dote recepta matrimonio constante, in aliqua parte probata, præsumitur vera in totum.
4 Executor testamenti, qui secundum testatoris voluntatem repertus fuerit retē aliquid erogasse, similiter præsumitur de reliquis.
5 Libro scribentis stari pro ipso scribente in connexis.
6 L. convenire. ff. de pactis dotal. quando procedat.
7 Falsitas commissā a Notario in una parte instrumenti, quomodo reddat suspectum in alijs.
8 Quid autem sit in instrumentis diversis, num. 9.
9 Librum mercatoris in multis particulis approbatum, etiam in alia verum præsumi, quamvis magni momenti sit. Adhibito tamen prudentis iudicis arbitrio, num. 11.
10 Libri mercatoris particulam aliquam adversario negatē, si vera illa esse probetur, reliqua omnes veræ præsumuntur.
11 Debitor negans debitum, de mendacio, convictus, perdit cessionis beneficium.

P R A E S V M P T. LXIII.

ET ad hanc tractationem pertinet hæc præsumptio, qua dicimus, quod quando parcellæ, seu partitæ libri mercatoris, vel alterius privati probatæ, & verificatæ fuerint, liber præsumitur verus in reliquis omnibus parcellis, et non verificatis. Ita responderit Cast. in confil. 301. ad bene examinandam. col. 1. lib. 1. Comen. in confil. 136. col. vlt. vers. quini dō dato. Corn. in conf. 81. col. vlt. vers. & saltem vs. lib. 4. Ang. Aret. in §. vlt. vers. quæro an credatur, in insit. de Artilia. tut. & in §. actioni. q. 1. 2. in insit. de act. las. in repet. l. admonēdi, n. 128. vers. quinto principaliter limita. ff. de iureiur. Ruin. in conf. 28. col. 2. vers. sicut, lib. 1. Paris. conf. 90. nu. 5. & nu. 26. l. b. 1. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 16. in f. Gram. in conf. 158. col. 1. in ciu. l. Ant. Gab. in lib. 1. conclusit. de præsumpt. conclus. 5. nu. 1. & Crauet. in conf.

158. nu. 6. Et huius sententia ea est ratio, quia quando plures parcellæ sunt verificatæ, non est verisimile, quod liber in cæteris falsum contineat: sicuti contra dicimus, quod quando liber, aliaue scriptura continet falsum in una parte, præsumitur etiam in reliquis falsum continere, l. si ex falsis. C. de transact. & explicabimus infra lib. 5. præsumpt. 28.

Et prædictis accedit simile, quod respondit Soc. sen. in confil. 82. col. 2. lib. 3. quod vbi confessio mariti de dote recepta constat matrimonio aliqua in parte probatur vera, in totum vera præsumitur. Est et simile, quod respondit Anch. in conf. 436. in his dubijs, col. 2. verbe. præterea præsumendū, cum dixit, præsumi executorē testamenti verè erogasse quandam summam centum librarum, secundum testatoris dispositionem, postea quæ apparuit, residuum verè, & retē ab eo erogatum fuisse.

Cæterum ab ea Castrensis, Comensis, & sequacium opinione dissentiant & Dec. in d. l. 1. nu. 4. vers. & ista conclusio. C. de eden. in c. 2. col. 5. vers. secundum est, de fid. instr. & in conf. 317. num. 7. Ripa in l. admonēdi, nu. 125. ff. de iureiur. & ibidem Purpur. num. 200. Afflic. in commen. ad constitutiones Neapol. in tit. de iure Bailij num. 23. Crau. in tract. de antiq. temp. in 7. part. 1. part. ris princ. num. 12. & in conf. 257. num. 1. & Caph. in confil. 85. num. 35. lib. 1.

Primo de ea ratione motus est Ripa, quia si in connexis statur libro pro scribente, sequitur dicendum, quod in separatis fidem non faciat, & contra se scripta vera esse præsumuntur.

Verum facile respondetur, quod in connexis & statur libro rationum, etiam pro se ipso scribente, nulla ab eo facta probatione. Sed in separatis non statur, nisi multo parcellæ iustificetur, quia tunc insurgit præsumptio, quod in reliquis vera scripserit.

Secundo ea ratione, vius est Ripa, quod si crederetur in separatis, esset dare materiam delinquendi, contra l. conveniri. ff. de pact. dot. Nam posset quis facile suam libro scribere multa vera, & deinde inserere verū, quod esset falsum, quod non est admittendum, ut inquit Imperator in l. comparationes. C. de fid. instrum.

Cæterum responderi potest, non esse hoc verisimile, ex quo iam multæ parcellæ sunt verificatæ, ut dixi supra.

Nec repugnat regula l. convenire quia illa procedit quando directè quis inuitatur ad delinquendum, sicuti post Ang. & Alex. declarat las. in l. nemo pot. in l. l. c. n. 27. ff. de leg. 1. & ibid. Rip. nu. 56. Præterea d. l. conveniri, procedit, quando intentio legis est ad hoc ordinata, ut explicat idem Rip. in l. ex facto. Sili quis rogatus, nu. 50. ff. ad Treb. Hoc autem nostro in casu lex non concedit præsumptionem hanc, ut directè inuitat ad delinquendum, Et præterea quod credatur huic libro, non excluditur contraria probatio. Et ideo ille, qui a serit parcellam, de qua est contentio, falsam esse, probare id potest.

Tertio retorquebat Ripa argumentum illud, quod pro recepta sententia adducebatur, cum diximus, quod sicuti instrumentum in una parte falsum, præsumitur etiā falsum in alia parte, d. l. si ex falsis. C. de transact. Ita contra liber in una parte verus, sic præsumitur verus in altera. Inquit Ripa id non procedere in separatis, & propterea sicuti in separatis falsum in una parte, non arguit falsum in altera parte separata: sic e contra verū in uno, & præsumitur verū in altero. Rūdetur, quod agit de verō eodemque instrumento, & tunc falsitas à persona Notarij proueniens, commissa in una parte eius, redit suspicium totum ipsum instrumentum, & in alijs suis partibus etiam separatis. Est ratio, quia et si instrumentum continet plures actus, tamen instrumentum ipsum dicitur quid indiuiduum, ex quo uno, eodemque tempore factum fuit ab eo Notario, cuius persona fuit approbata, quo-

ta, quoad actum illum totum simul conficiendū, ut scribitur Bart. in d. l. si ex falsis, in l. lect. col. vlt. vers. breuiter. & ibid. Alex. col. vlt. & Curt. sen. nu. 48. & dicimus infra lib. 5. præsumpt. 20. in 1. casu. Et casus iste conuenit huic nostro, cum & nos disputemus de plurib. parcellis librationū scriptis ab eodē mercatore, pro eadē persona, cum qua negotiatus est, & vnicum quodammodo negocium cōfectum videtur, & eadē fides vnius mercatoris approbata ab ea persona, quæ cum eo negocia pertractauit. Aut verò agit de diversis instrumentis, & tunc falsitas à persona Notarij proueniens commissa in una parte, non arguit falsitatem in altera parte, quemadmodum præcitat Doct. scribunt.

Hic casus nostro non conuenit: quia (ut diximus supra) hic agit de vnicō actu, seu scriptura diuersarum parcellarum, ab eodem mercatore pro eadem persona debitoris scriptarum.

Extenditur hæc sententia, & traditio, ut procedat & etiam si parcella est magni momenti. Ita Ang. Aret. in §. actionum, num. 88. In sit. de act. Corn. in conf. 81. n. 8. vers. & est aduertendum, lib. 4. Ruin. in conf. 18. num. 2. lib. 4. Crau. in d. conf. 158. num. 6. qui eiusdem sententia recēsent Paulum Cast. Quam quidem declarationē intelligo, quando verisimile est, quod mercator ille, vel de dedit, vel numerauerit summam illam, atque ita in hoc tribuerem & multū iudicis arbitrio. Ex his sequitur minus recēte sensisse Ripam in d. l. admonēdi, dum intelligit Castren. in d. conf. 301. loqui solum de parcellis minutis. Et communis illa sententia procedit multo magis, quando concurrerent aliæ coniecturæ, ut concurrerent in casu Crauet. in d. conf. 158. ut ipsemet declarat in d. tract. de antiq. tempor. 7. part. num. 13. & 14. Et ibidem num. 24. intelligit communem opinionem posse procedere verificatis plurimis parcellis. Et præterea multo magis procedit relata communis opinio, quando aduersarius mercatoris negasset vnam ex parcellis contentiosis, & illa deinde fuisset ab illo mercatore verificata. Nam tunc reliquæ sine controuersia veræ præsumuntur, sicuti simili in casu scribit Ang. Aret. in §. vlt. col. vlt. in sit. de actio. las. in §. Actionum, num. 88. eodem tit. & Dec. in l. nemo ex his, num. 7. ff. de reg. iur. q. 2. si debitor negant & debitum, & postea conuictus fateatur, perdit beneficium cessionis, propter mendacium. Ita & nostro in casu, si de mendacio conuincitur debitor in una parcella magna, contra eum insurgit præsumptio quoad alias.

Secundo ea ratione, vius est Ripa, quod si crederetur in separatis, esset dare materiam delinquendi, contra l. conveniri. ff. de pact. dot. Nam posset quis facile suam libro scribere multa vera, & deinde inserere verū, quod esset falsum, quod non est admittendum, ut inquit Imperator in l. comparationes. C. de fid. instrum.

Cæterum responderi potest, non esse hoc verisimile, ex quo iam multæ parcellæ sunt verificatæ, ut dixi supra. Nec repugnat regula l. convenire quia illa procedit quando directè quis inuitatur ad delinquendum, sicuti post Ang. & Alex. declarat las. in l. nemo pot. in l. l. c. n. 27. ff. de leg. 1. & ibid. Rip. nu. 56. Præterea d. l. conveniri, procedit, quando intentio legis est ad hoc ordinata, ut explicat idem Rip. in l. ex facto. Sili quis rogatus, nu. 50. ff. ad Treb. Hoc autem nostro in casu lex non concedit præsumptionem hanc, ut directè inuitat ad delinquendum, Et præterea quod credatur huic libro, non excluditur contraria probatio. Et ideo ille, qui a serit parcellam, de qua est contentio, falsam esse, probare id potest.

Tertio retorquebat Ripa argumentum illud, quod pro recepta sententia adducebatur, cum diximus, quod sicuti instrumentum in una parte falsum, præsumitur etiā falsum in alia parte, d. l. si ex falsis. C. de transact. Ita contra liber in una parte verus, sic præsumitur verus in altera. Inquit Ripa id non procedere in separatis, & propterea sicuti in separatis falsum in una parte, non arguit falsum in altera parte separata: sic e contra verū in uno, & præsumitur verū in altero. Rūdetur, quod agit de verō eodemque instrumento, & tunc falsitas à persona Notarij proueniens, commissa in una parte eius, redit suspicium totum ipsum instrumentum, & in alijs suis partibus etiam separatis. Est ratio, quia et si instrumentum continet plures actus, tamen instrumentum ipsum dicitur quid indiuiduum, ex quo uno, eodemque tempore factum fuit ab eo Notario, cuius persona fuit approbata, quo-

S V M M A R I V M.

- 1 Nomina ad res demonstrandas inuenta.
2 Res illius cuius nomen obtinet, præsumitur.
3 Stigma militem, habitus clericum, stola sacerdotem notat.
4 Vestimentorum signa personæ qualitatem significare.
5 Cadaver occisi cuius sit, si facies non indicet, signa & stigmata corporis perquirenda.
6 Merces ex signis inscriptis agnoscuntur.
7 Vexilla, seu insignia nauibus imposita, dominum demonstrant.

P R A E S V M P T. LXIV.

QVemadmodum nomina & inuenta sunt, ut res ipse demonstratur. Labeo. ff. de supellect. legat. & l. ad recognoscendos. C. de ingenuis, & manumiss. & ideo dicimus, rem præsumi & illius, cuius nomen obtinet. Bald. in l. Gallus. §. nunc. ff. de lib. & posth. & Capolla in cōf.

3. col. vlt. Ita & signa. l. stigmata. C. de Fabricen. lib. 11. Hinc apud Romanos, serui qui venum exponebantur, pileo capiti imposito, ostendi cōsueuerāt, ut scribit Gellius lib. 7. noct. Attic. c. 4. Ita dicimus, & stigmata militem, habitum clericum, stola sacerdotem, quæ propria eorum sunt signa, significare. Bald. in l. directis. C. de testam. manu. & Dec. in c. caulam matrimonij. n. 3. de probat. Sic pariter signa & vestimentorū, personæ qualitatem significare responsum est, in l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniurijs. & l. speciosas. ff. de verb. signific. vbi Capol. Alc. & Ioā. Brachæus. & scripserunt Dec. in conf. 125. nu. 6. Marfil. in conf. 97. num. 9.

Ita pariter dicimus, signum demonstrare cuius sit equus. Bart. in d. l. stigmata. & idem Lucas de Penna. & Ioana Platea. Restaurus in tract. de Imperator. q. 89. Benuenot. Stracha in tract. de mercatura. part. 2. num. 73. & praxim egregiam cognoscendū, cuius sit cadauer & occisi, cuius facies dignosci non potest, ut corporis signa, & stigmata inspiciantur, docuit Bart. in d. l. stigmata & Ant. Corset. in singul. in verbo, testis. incipit. Dicitum testis.

Sic etiam dicimus, merces, seu sarcinulas, quæ vulgo le balle, appellamus, cognosci ex signis & eis inscriptis. Bald. in ant. h. dos data. C. de donat. ante nup. Per. Vbal. in tract. de duobus fratrib. parte 1. r. num. 72. Francus in c. si iudex. §. idem. ext. de sent. excom. in 6. Dec. in d. cap. causam matrimonij. num. 3. de probat. Afflic. in decif. 23. nu. 4. & Straccha in d. 2. par. nu. 61. Rota Genuefis in decif. 201. Mascari. in concl. 160. & in concl. 551. Cæterum Straccha præcitato in loco dixit præsumptionem hanc esse fallacem.

Sic quoque respondit las. in conf. 170. col. 4. lib. 2. ex vexillis & seu insignibus familiæ Mediceæ, seu Reipubl. Florentinæ impositis nauī, illam præsumi esse prædictæ Reipubl.

Socius, mercator, & debitor, qui nulla contradictione facta, literas ad se datas accipit, an in eis scriptam obligationem, contractum, & debitum approbasse præsumantur, diligens explanatio?

S V M M A R I V M.

- 1 Literas recipiens, eas approbare præsumitur, & vera esse in eis scripta.
2 Et secundum aliquos idem esse in recipiente mandatum. nu. 2. Idque tam in persona extranea quam coniuncta obtinere. n. 7.
3 Procedere etiam si verba in literis scripta, non principaliter, sed ob aliud emissa sint. nu. 9.
4 Arbitrum recipientem compromissi instrumentum, nulla facta contradictione, præsumi onus cognoscendi, & laudum præferendi, acceptasse.
5 Laudi prolatis scripturam litigantes recipiendo, nulla cum contradictione præsumuntur laudum acceptasse.
6 Laudi reductionem ad viri boni arbitrium, usque ad 30. an. peti posse.
7 Protestationis instrumentum sine contradictione recipiens præsumitur ei consensisse.
8 Nuncium etiam si sine literis recipiens, si non contradicat, præsumitur nunciata approbasse.
9 Literas recipientem præsumi consentire, verum esse in obligatione sponte, & voluntarie facta, non in ea, quæ inuito accideret.
10 Actui qui se inuito geri potest, subscribens, non dicitur approbare in sui præiudicium.
11 Literas recipientem præsumi approbare actum in eis contentū, non tamen fateri, quod ita gestus fuerit. Idque si literas etiam sciens reciperet. num. 13.
12 Easque aperuerit, & legent. num. 14.